



IL POLIFONETA

Foglio del Libero Maso de I Coi per la difesa e la promozione
dei diritti delle persone e delle Comunità storiche

Foglio n. 145

Domenica 14 settembre 2014

**La causa legale,
tra le famiglie di Coi,
del 1583-84.
Parte IV**



Primi farfari a Coi, in primavera

[41]

In Christi Nomine, Amen. Anno ab eiusdem Nativitate Millesimo quingentesimo sexagesimo primo, Indictione quarta, die 19 mensis Junij in villa de Odo Cadubrij, et in domo haeredum qu. ser Thomae de Philippo de Odo, praesentibus infra-scriptis.

Cum commune consortium de Odo habeat ius Pasculandi cum eorum animalibus ultra rivum Tortum versus Zaudum Bellunensem usque ad summitatem Montium, sive pice Costae, usque in Saxo Pelfi insimul cum districtualibus Belluni quolibet tempore absque aliquo impedimento, et contradictione alicuius personae, communis, vel collegij in Pascuis si ibidem positus; hoc tamen acceptato quod dicti districtuales Belluni tenentur se abstinere in Pasculando in dicto loco à die festo sancti Petri de mense Junij, usque ad festum sanctae Mariae de mense Augusti, in quo tempore licitum sit tantum ipsis consortium montium [de] Odo pasculare in supra-scriptis Pascuis à summitate subt. montium, usque in Rivum Tortum; in alio vero

tempore dicta pascualio à dicto Rivo Torto, usque ad dictam Summitatem versus Zaudum pascualio ipsa est communis inter dictos consortes montium de Odo districtuales Cadubrij, et districtuales Belluni, pro ut de dicta Pasculatione constat Sententia Arbitrali de Anno 1369, Indictione septima, die primo mensis Iulij, manu qu. egregij Domini Christophori filii ser Benegarij de curia civitatis Belluni Notarij in Publicam formam redacta, et a me infrascripto Notario visa, et lecta.

Cumque sit, ut partes infrascriptae affirmarunt, quod usque in odiernam diem virtute dictae sententiae arbitralis homines regulae dei Coi districtus Zaudi Bellunensem cum suis animalibus pasculasse tempore memorato in simul cum animalibus communis, et Consortium Montium de Odo pascua existentia à dicto Rivo Torto, usque ad summitatem montium versus Zaudum per Crepam, et Costam de Val de Fuoia, vel picum Costae de Brusadatio recte per summitatem usque ad saxum Pelfi, et considerans ipsa regula dei Coi modicam utilitatem praecipere ex ipsa communi pasculatione, et maiorem utilitatem sive Beneficium habere ex infrascripto contractu, potissimum quia non habet necessitatem cum ipsis Pascuis, aliunde habeat copiam pascendi Animalia sua, et alijs legitimis de causis; quapropter constituti ad praesentiam mei Notarij, et testium infrascriptorum ser Jacobus qu. ser Bartholamei Zaccagnini de Iral, uti iuratus regulae praefactae dai Coi, et ser Baptista filio qu. Petri Pauli de Iral, et ser Bernardinus filius ser Valerij dei Coi, tam suo quam paterno nomine, et tamquam administrator domus, ser Baptistas filius dicti ser Valerij seorsum, et separatim habitans à parte, ser Paulus filius ser Andreae Piva da i Coi, et Bartholameus filius ser Andreae de Floriano dai Coi nomine suo, et Patris, tamquam administrator domus, ser Michael filius qu. ser Zardini dei Coi, omnes intervenientes per eorum regula de i Coi Plebatus Zaudi, in qua regula comprehendatur tam ipse locus de i Coi, quam ipsa loca de Brusadatio, Costae, Zachagnino, et Iral, pro qua promiserunt de rato, et ratis habit. simul, et in solidum, et nomine etiam eorum proprio, et aliorum habent. ius infrascripta pasculatione, et pro eorum, et ipsius regulae successores, et haeredes simul, et in solidum se obligantes ad infrascripta omnia perpetuo duratura, renuntiaverunt, dederunt, et vendiderunt, et tradiderunt in perpetuum ser Simoni qu. ser Baptistae de Talamino uti sindico communis consortium montium de Odo, et ser Suabillo (?) qu. ser Antonii de Gregorio marico dictorum montium, ser Laurentio de Laurentio de Vinico, uti laudatori dicti comunis, ser Joannis de Masutio de Cantia uti marico dictorum montium, ser Joanni Talamino laudatori similiter dictorum montium, ser Gregorio de Gregorio de Odo, ser Laurentio de Piavacotto de Vinico, ser Roccho de Getto de Cantia, ser Petro de Roia de Peaio, ser Joanni Zappatino de Odo, sive Joanni Grandi, ser Bartholomeo de Belfi de Odo omnibus consortibus dictorum montium, deputatis, et intervenientibus, praesentibus, et ementibus et stipulantibus pro se, et toto communi consortium montium de Odo, et successoribus, à quo dixerunt habere plenum mandatum faciendi praesentem contractum, ius pasculandi totum praedictum, quod dicta regula, et districtuales Belluni habent, sive habere possint quomodocumque, et qualitercumque in Pasculando cum animalibus suis in, et super loco existente ultra Rivum Tortum pertinentiarum Belluni, usque ad summitatem montium versus Zaudum, usque per costam, et crepam de val de Fuoia, assendendo in collem Torondo, pici Costae de Brusadacio, et saxi de Formedal per summitatem recte, usque in saxum de Pelf dicta regula, et regularij, et Successores, et alij districtuales Belluni de caetero nullum ius habeat pasculandi cum animalibus, sed omnia pascualio spectet, et pertinet communi, et consortium montium de Odo, et eorum Successoribus pleno iure.

Ad habendum, tenendum, et possidendum, et quicquid deinceps dicto communi, et consortibus montium de Odo, quo ad ipsam pasculationem Placuerit faciendum, cum omni iure, et actione, usu, et requisizione quomodocumque spect. et pertinentibus ad ius praedicti pasculandi, dantes et concedentes, nominibus supra montium de Odo intrandi possessionem dictae regulae de i Coi et aliorum districtualium Belluni habentium ius Pasculandi in dicto loco, et per eorum Successores, et alij districtuales Belluni non pasculabunt, nec Pascolare fecerint in dicto monte animalibus cuiuscumque Generis, et si forte aliquis in futurum pasculaverit in dicto lo-

co, et intra dictos terminos, quod licitum sit communi, et consortibus montium de Odotam praesentibus, quam futuris pignorare quemlibet contrafacientem, et dicta de causa ipsi sic pignorati non possint pro vigore aliquam querimoniam apud officium tam Zaudi, quam Civitatis Belluni, sed tantum hic Cadubrium, et pignoratatio ipsa fienda valeat absque aliqua contradictione pro quanti tate iuxta dispositionem Laudorum ipsorum ordinum, et earum consuetudinem observatarum in dicto eorum communi de Odo, et hoc nominatim; praecio sic facto, et convento inter ipsos contrahentes nominibus quo supra ducatorum ducentorum et septuaginta quinque, ad L. 6:4 de paulis pro singulo ducato, quod praecium praesolvitur, et persolvi debet ut infra videlicet dicti venditores nomine quo supra habuerunt, et effectualiter acceperunt in tot scudis aureis computata quadam moneta [...] 46 ducatos centum, et quinquaginta ad rationem antedictarum sibi per dictos emptores numeratos ad praesentiam testium, et mei Notarii infrascripti, quod receperunt, et habuerunt, et de eis se optime solutos vocaverunt. Recessum vero quod est de ducatis centum, et viginti quinque ex conventionem inter ipsos contrahentes dicti emptores promiserunt dare, et persolvere dictis venditoribus sibi illis venientibus cum mandato à dicta sua regula usque ad festum Nativitatis Domini Nostri Jesu Christi proximi venturi omni exceptione remota.

Promittentes simul, et in solidum, per se, et haeredes, et per dictam eorum regulam, et Successores, et alios districtus Bellunensis, nunquam de dicta re vendita, vel parte ipisus ipsis intervenientibus pro communi, et consortibus montium de Odo sic stipulantibus, et pro successoribus eorum litem aliquam quomodocumque inferred, nec inferrenti consentire, sed dictam venditionem, et omnia singular suprascripta perpetuo habere firma, rata, et grata, et iudicio, et examina à quocumque homine, persona, communi, collegio, et universitate legitime deffendere, autorizare, et destrigare, et non contravenire per se, vel alios, aliqua ratione, vel causa de iure, vel de facto, sub pena dupli valoris dictae rei venditae stipulation praemissa; qua soluta, vel non nihilominus predicta omnia robur suum habent pro reffigere sibi omnia, et quaecumque damna sibi, et ex[pens]a pro quorum omnium, et singulorum praemissorum observatione, propterea per se, et dictam eorum regulam, et districtuales Belluni simul, et in solidum obligaverunt eisdem emptoribus, sic stipulantibus, nominibus ut supra, cuncta bona dictae regulae, et ipsorum agentium propria ad electionem emptorum, et Successorum, tam habita, quam habendas, dantes partes ipsae mihi Notario infrascripto omnem auctoritatem, et facultatem faciendi, conscribendi instrumentum, et Claretias in ampliori forma pro maiori robore praesentis contractus, et cum consilio sapientis praesentibus ser Baptista de Roia habitatore in Perico qu Bernardini de Francisco de Ampetio Cadubrij, ser Petro qu. Joannis de Soblanco de Vinico, magistro Petro qu. Sualdi de Casal de San Canciano Carneae Fori Julii et eius fratre magistro Philippo textatoribus laborantibus in villa de Odo, et magistro Joanne filio qu. Joannis de Zanetto de Cantia de Cadubrio, testibus habitis, vocatis, et rogatis.

Post publicationem suprascripti contractus dicti intervenientes contentaverunt, quod si in dicto tempore, ut supra statuto ad solvendum dictum recessum quod si venerit acceptum illud, praefati septem nominati in contractu dei Coi, qui dicti emptores absque alio mandato teneantur eidem dare, et persolvere dictum recessum praedictorum ducatorum centum et viginti quinque, praesentibus antedictis testibus, ut supra.

[42]

1562, Indictione VI, die 17 mensis Februarij in Odo Cadubrij, et in domo haeredum qu. ser Thomae de Philippo, praesentibus infrascriptis.

Ibique ser Jacobus de Zacchagninis de loco Zacchagnini uti iuratus Regulae de i Coi videlicet Costae, de Brosadacio, de Iral, ser Baptista Petri Pauli de Iral, Bernardinus qu. Valerii de i Coi, Baptistas eius frater, Bartholameus filius Andreae de Floriano dei Coi, Michael filius Zardini dei Coi, Paulus filius Andreae Pivae dei Coi, districtuales Zaudi, in executione instrumenti manu mei Notarij sub die 9 mensis Junij 1561 simul, et in solidum habuerunt, et receperunt in promptis, et numeratis pecunijs ad praesentiam mei Notarij et testium infrascriptorum ducatos centum, et viginti quinque in ratione di L. 6:4 pro ducato à ser Simone Talamino syndico, et ser Svaldo Gregorij merico consortium montium de Odo nomine dictorum consortium ibidem, et praesentium, et exbursantium pro integrali solutione suprascripti instrumenti. Qui districtuales Zaudi rattificarunt, et approbarunt in omnibus instrumentum ut supra nominatum ad praesentiam totius communis consortium praedictorum ad hoc congregatorum. Promitens manutenere, et observare, ut in praefato instrument, praesentibus magistro Philippo qu. magistri Svaldi textatoris de Carnea ad praesens habitantes in Odo Cadubrij, et magistro Bernardino filio Antonij de Floriano de Cancia, et Bartholomeo della Colletta de Odo, et Gregorio Joannis Jacobi de Venasio, et Joanne de Levis de Mices (?) testibus fide dignis habitis, vocatis, et rogatis, et alijs.

Et ego Joannes Allexandrinus filius qu. Gregorij domini Petri Allexandrini Notarij et ipse imperiali authoritate Notarius, et de Collegio Cadubrij, praesentibus omnibus, et singulis praesens fui, rogatus scribere scripsi, et publicavi in quorum fidem, et testimonium habbitis nomine et signo consuetis subscripsi de Plebe Cadubrij.

Ego Joannes Delaitus Notarius Belluni qu. Domini Joannis sic requisites, ex actitatis, et productis in processu suo causae vertentis inter regulars dei Coi Zaudi ex una Zaudi, et consortes montium de Odo ex altera fideliter exemplavi caeteris actibus, et productis omnis de consensu requirentis, et in fidem subsignavi, die 5 decembris 1583.

[43]

In Christi Nomine, Amen. Anno ab eiusdem Nativitate Millesimo quingentesimo septuagesimo sexto, Indictione quarta, die vero Sabbati ultimo mensis Martij, Zaudi in domo haeredum qu. Joannis Squarzanella posita in villa Collium praesentibus Simone qu. Valerij cognominati Bacco (?) de Iralo habitante ad praesens villae de Brosadatio, et Hieronimo qu. Michaelis de Marco dictae villae de Brosadatio, testibus idoneis ad infrascripta habbitis, vocatis, et rogatis.

Ibique cum ego Notarius ad infrascriptis requisitus me contulissem ad villam dei Coi causa infrascripta, ideo coram me Notario subnotato constituti infrascripti regulares et homines dei Coi videlicet Michael de Costa, Bartholameus qu. Andreae Floriani, Rizzardus, et Bernardinus qu. Valerij, Antonius qu. Joannis Nicolai Squarzanella, domina Margaritta relicta qu. Pauli Fael, Joannes Maria filius Andreae Quarzanella, Florianus qu. Andreae Floriani, Paulus qu. Dominici, domina Agnes relicta qu. Joannis Mathei Schiavina, Nicolaus qu. Martini Peregrini, Baptista qu. Gregorii Peregrini, domina Uliana relicta qu. Gregorij Bassarelli, Baptista qu. Valerij, Joannes Andreas filius Thomae de Col, Joannes Maria filius qu. Joannis Petri de Col, qui promisit de rato pro Joannetto eius fratre, et videntem necessitate loci, et quod presenti nemora recidunt, ita, et taliter quod si per praeteritum habuerunt necessitatem legnaminum in futurum habebunt maiorem suis aedificij urbanis, dixerunt se unanimiter vizare praetendentes, et vizare de praefati per totum tempus vitae suae, et successorum pro publico beneficio unum eorum nemus positum in regulatu suo in loco vocato sot Pelf incipiendo à plano de Posmont, versus meridie via

per quam itur ad planum Larzonedo per cileum foras à parte inferiori dividendo in dicto nemore vizatum totum planum de Larzonedo superius, à sero cileum Plani aspiciendo versus rivos eundo recto tramite ad petram magnam existentem super cileum aspicientem versus dictos rivos, et à dicta lapide eundo recto tramite usque ad viam venientem de suprascripta crepa versus valem confinat via prefata, veniendo per dictam viam usque ad mandras de sot Pelf, et de dicto loco veniendo recto tramite usque ad pratum della Vena, et à prato prefato della Vena usque ad planum. Hac tamen conditione, et pacto inter eos stipulato, volentes (?) ad hoc ut nemus exicidere (?) posit, et nullus istorum regularium, et successorum illorum per Annos viginti continuos incidere posit lignamina de larese, aut pice in dicto nemore vizato sub sup.a sub pena librarum quinque pro quolibet lingo de larice, et pice applicando pro dimidia ecclesiae sancti Peregrini, et pro alia dimidia illustrissimo Dominio Veneto, et finito tempore Annorum viginti, quod quilibet eorum qui necessitatem habuerit costruendi domos, seu alia aedificia urbana, cum licentia, et autoritate regulae, seu maioris partis illius, possit pro usu suo tantum simili bus aedificijs incidere lignamina pro illa vice, et sic de singulis quae, omnia dicti homines, et regulares, et quilibet eorum per se, et successores suos attendere promiserunt, sub poena ducato rum quinquanginta, et sub vicissitudinaria obligatione omnium suorum honorum praesentium et futurorum, ad plenum. Laus Deo.

Ego Franciscus Cruce Calis Notarius sic requisitus à Paulo de i Coi suprascriptum instrumentum ex protocollo qu. ser Jacobi Joanni Pauli exemplavi die 7 mensis septembris 1583.

[44]

1583: 26 Ottobre.

Faccio fede io Iulio Doglionus canceglierio della Magnifica Comunità di Belluno, come nel libro del Nodaro, che scrisse li beni del estimo corrente nel commun di Zoldo, qual libro si attrova in questa cancellaria di commun à 198 tergo è scritto una partita del tenor infrascritto:

Regulieri di Pecol, Marason, et Pianaz, et Coi la montagna di Cevolere, Civita, Castelin, et Baiadors à L. 434:--. Idem Notarius.

Et nel libro del Nodaro che scrisse li beni in detto commun di Zoldo del estimo prossimo passato, che have principio 1563, et durò per tutto il 1579 à 100, qual libro si attrova in la sudetta cancellaria è scritto in la partita come qui sotto:

Regulieri di Marason, Pecol, Pianaz, et Coi per la Baidors, Civita, et Castelin L. 280. Idem cancellarius.

Sul monte de Sotto Pelf alla val de vuoga (?) à c. 29 del giornal: Pol dai Coi, Pra de carra un fen à mattina Rizzardo da i Coi, à mezzodì, e sera commun, à settentrion Polo Pantiera.

à c. 51 del Zornal, Al Pian della Vena: Bernardin dai Coi prà de carra doi, et mezzo fen (4°), à mattina Antonio, et Andrea ... à mezzo di commun, à sera Andrea de Zulian pro de carra un fen (5°), à mattina Bernardin soprascritto, à mezzodì commun, à sera Fiorian dai Coi, à septentrione Zuan Maria da Col L. --:10. Fiorian d'Andrea dai Coi Pra de carra un fen (5°), à mattina Andrea sopras.to, à mezzo di commun, à sera Martin dai Coi, à septentrion Zuan Maria dai Coi L. --:10. Martin dai Coi pra de 2/3 fen (5°), à mattina Florian dai Coi, à mezzodì commun, à sera Pol dai Coi, à septentrione Zuan Maria dai Coi L. --:6, L. --:8. Pol da i Coi pra de carra 2/3 fen (5°), à mattina Martin soprascritto, à mezzo di, et sera commun, à septentrion Zammaria da i Coi L. --:6, L. --:8.

à c. 172 del Zornal, Sot Pelf: Rizardo dal Coi pra de carra doi fen (5°), à mattina, et mezzodì commun, à sera Antonio Quarzanella, à septentrion Zuan Domene-go de Lucia L. 1; Antonio Quarzanella pro carra do fen (5°9, à mattina Rizardo so-prascritto, à mezzo dì, et sera commun, à septentrion commun, L. --:10.

*Iulius Doionus Magnificae communitatis Belluni cancellarius, ut supra
exemplavit ex diario libri Notarij qui scripsit bona aestimi currenti
incepti anno 1580 in commune Zaudi ad fol. ut supra
in Cancellaria communis existente, et in fidem subscripsit.*

[45]

Die 8 Mensis Decembris in Furno Zaudi.

Fede faccio io Francesco Croce di Cale (?) Nod.o, et cancelliero del commun di Zoldo qualmente li sotto scritti regulieri da i Coi sono descritti nel Balanzon del estimo, come si pol veder, et pagano sempre le sue colte, sussidij del illustrissimo dominio come fanno gli altri.

Item etiam pagano le angarie, che vien imposte dal commun di Zoldo videli-cet tutte quelle, che pagano li altri regulieri, si' quelli da fuoco, come quelli da esti-mo.

Item faccio fede come li sottoscritti fanno le sue Angarie reali, et personali, tanto quanto fanno li altri regulieri dai Coi, et questo per fede, et relation à mi fatta per ser Bragaroza official di Zoldo, qual official comandano i predetti a far le sue an-garie, come fanno li altri regulieri prefati iusta le occorentie che vien dalla zornata.

Martin qu. Nicolò de Martin fradel de Thomas, Pol dai Coi, Thomas de Col, Zuan Maria de Col, Zanet de Col, Fiorian de Martin non è scritto nel Balanzon ma è archibusiero come si pol veder nel rodol delli soldati delle cernide.

*Franciscus Cruce Callis Notarius sic requisitus à Paulo dei Coi,
suprascriptam fidem fecit 1583 die 8 mensis Decembris in Furno Zaudi.*

[46]

Riprende la descrizione dello svolgimento del processo. Il 14 dicembre il no-taio passa l'incartamento all'avv. Miari (per Mareson e associati). Lo stesso gior-no, probabilmente, viene presentata la sentenza del 1398.

Die Mercurij 14 mensis Decembris 1583.

Ego Notarius causae accomodavi praesentem processum excellenti domino Foelici Aemiliario advocato regularium de Marasono sic requisitus.

[47]

[...] infrascriptum instrumentum registrandum, et scripturas instando admit-ti et pro earum admissione iuxta iuris ordinem.

Tenor intrumenti sequenti.

[Viene riferita la sentenza del 1398, già pubblicata, e che qui termina con la firma del notaio Grassias «...praefatorum D.D. Vicarij, et ingrossatoris scripsi»]

Forse sempre il 14 dicembre, l'ufficiale di Zoldo testimonia che i Sette pagano le angarie solite.

Tenor Fidei.

Mistro Zuan Bragarezza official di Zoldo refferisse, et fa fede, come li sette fogli de i Coi fanno ogni sorta di Angarie si real, come personal, come saria à dir: Pol da i Coi, Fiorian dai Coi Archibusiero di Colò di Martin, Thomas de Colò de Martin, Batista de Greguol, Thomas de Col, Zuan Maria de Col, Zanet de Col, tutti li soprannominati sottostanno à ogni sorte di colte Real, et personal, come sariano à dir: condur remi per l'illustrissimo Dominio, condur carezzi per il carissimo rettor di Belluno, condur some del spetabile signor Capitaneo di Zoldo, se si elege galeotti fanno sua rata, se si elege Archibusieri, Vastadori stanno à tutti li pagamenti di conzar ogni sorta di Armadure, stanno à rata de tutti Salariati per il commun di Zoldo, come saria à dir Nodaro, official, et capitano di cento, et di conzar strade, et stano ogni rata, et comandamenti, voleri di Serenissimo Principe.

Io Hieronimo Perseghin Pregado dalli soprascritti hò fatto la soprascritta fede, et fu presente mistro Marchio Paragata de Zoldo, et mistro Pasqual de Lazer di detto luogo.

Io Perseghin de Perseghin vice Capitano di Zoldo affermo la soprascritta fede esser fatta come di sopra.

Io Marchio Paragata fui presente, ut supra affermo.

Io Pasqual de Lazer consolo fui presente, et affermo come di sopra.

Qui soprascritti Paulus, et Thomas, cum excelentissimis eorum advocatis insteterunt admitti suprascriptam sententiam, et fidem, et pro earum admissione iuxta iuris ordinem. Ad haec praesentibus Bernardino, et Christophoro adversarijs, cum excelentissimis advocatis, et non consentientibus, et protestantibus de Nullitate, et non disendendo à iudicio possessorio.

Qua instancia audita excelentissimus dominus Vicarius, et Vice gerens admisit si, et in quantum.

Lo stesso 14 dicembre i procuratori dei Sette presentano, alla presenza del Vicario, due posizioni sul possesso di Sotto Pelf. Gli avversari contestano ancora il loro diritto a segare.

Die Mercurij 14 Decembris.

His autem peractis in caminata communis Belluni, coram excelentissimo domino Vicario, et vice Gerente comparuerunt suprascripti Paulus, et Joannes Nominis suo, et aliorum quinque regularium, cum excelentissimis dominis Joanne Baptista Cadula, et Bernardino Barzellono advocatis, et pro favore et dilucidatione iurium suorum, et causae produxerunt infrascriptas positiones.

Salvis alijs quibuscumque hactenus per se productis in suo robore ad obtinendum victoriam suprascripti septem regulares producunt Scripturas in processu registratas ultimo loco, et ponunt infrascriptas iuramento credulitatis.

1) Che li regolieri dai Coi hanno sempre possesso il monte di Sotto Pelf, come monte sottoposto al loro regolato, et ancora il monte di Ruzof fino a Ruitorto indifferentemente; Ser Bernardinus dei Coi procuratorio nomine credit, subdens: Ma que-

sti sette mai hanno segato in questo monte di Sotto Pelf, ne mai venuti alla rata di fittarlo, et s'hanno segato non li ho veduti, et anco li regulieri s'hanno tolto à Thomas de Col il fen, et per sua cortesia li lassò, et costui promesse di non andar più là; ser Christophorus de Lucia procuratorio nomine credit, ma non di segar in su questo monte di sotto Pelf, ne meno di affittarlo.

2) Che li regulieri che puoiono Pascolar li Pascoli de Ruzof, et Rui Torto puoiono ancora similmente pascolar, ò segar il monte di sotto Pelf; ser Bernardinus non credit; ser Christophorus non credit che posseno segar ne affittar.

Presente Bernardino de i Coi, et Christophoro de Lucia, cum excelentissimis eorum advocatis, et praemisso dissensu petente terminum ad diem crastinam ad opponendum si visum fuerit suprascriptis positionibus.

Quibus petentibus excelentissimus Vicarius vice Gerens assignavit terminum ad diem crastinam ad opponendum si visum fuerit.

IV - Continua